

*Melito acco-  
nomi bono-  
rum ecclesia-  
sticorum, cā-  
teris & edi-  
bti.* V. In electione œconomorum bonorum ecclesiastico-  
rum, cantorum & æditarum, eadem sunt spectanda,  
quæ in electione presbyterorum & diaconorum. à quibus  
videlicet vocandi, & quales esse debeant.

Principio œconomi seu procuratores bonorum ecclesiasticorum aut sunt ipsi diaconi, aut ab iis diuersi, qui specialiter appellantur ædiles fabricarum. Hie legitur à pastore & senioribus ecclesiæ, præsente prætore loci, & aliis viris grauibus & piis. Eligentur, inquam, ex piis, honestis, prudentibus, & integræ famæ hominibus. Cantores eliget pastor una cum senioribus, & dispiciet, num duabus illis notis sint insignes, qui hic vel in primis requiruntur; pura humilitate & peritia. Denique æditi seu ianitores, qui gustum veræ doctrinæ habeant, literas legere & pingere queant, pietatis sint amantes, honestæ & integræ virtutæ & famæ testimonium habent, à pastore & senioribus legitur.

## C A P. I V.

*De rebus politiæ ecclesiastice.*

## P R A E C E P T A.

Materia politiæ ecclesiastice sunt res politiæ ecclesiastice, quarum tria sunt genera, videlicet templo, vasa sacra, & bona ecclesiastica.

Templo sunt aedes sacre, in quibus populus Christianus ad auditum verbi Dei, sacramentorum administrationem preces publicas, & similia cultus divini exercitia conuenit ordinis & decoris causa.

Vasa sacra sunt, quorum usus est in administratione sacramentorum.

Bona ecclesiastica sunt necessaria adminicula, sine quibus ecclesia in hac humana infirmitate administrari non potest.

## R E G U L A.

*Quae sunt ob-  
seruanda cir-  
ca templo  
Christiano-  
rum.*

I. Circa templo Christianorum tria sunt obseruanda, necessitas, modus & partes.

Templo non sunt præcise necessaria ad cultum Dei: quia vide-  
mus ante templum Salomonis, quod unicum fuit in Iudea, nul-  
lum